

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvvm Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici
dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

3 Ordinatus sacris metu, characterem recipit, sed continere non tenetur, &
quare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

constituto salatio, nihil ab eo accipere licet, eo quod ei officium illud concedit, quamvis exinde huiusmodi procuratori aliqua redudet utilitas, ex eo quod pecunias habet paratas semper, quibus in coinmodum suum vti possit, donec eas Domino suo certo aliquo & statuto tempore soluere soleat: cum potius Dominus illis pro labore, opera, & industria recipendi, custodiendi, & soluendi redditus, & pecunias illas, aliquid mercedis loco soluere teneatur, & iniustus omnino contractus est, quod operarius, ei cui operatur, aliquid soluat.

DECISIO III.

Ex cons. 3. alias 1.

Pensionarius societatem aliquam per procuratores suis constituens, & culibet sociorum in solidum ad recipiendum pensiones quoadam sibi debitas mandatum dans, virtute cuius vnu dicta societas eas recepit, deficiente postea societate, pensionarius praefatus pensiones de pecuniis illius societatis, & non de recipientibus bonis sibi soluendas reperere potest, & debet, eaque societas soluere teneatur; non solum quia omne es alienum, quod manente societate contrahatum est, de communis soluendu est, lumen aurum, ff. pro socio, & glossa ibi, etiam si ab uno sociorum contrahatur; sed etiam quia quicquid vnu socius tanquam procurator constitutus contemplatione societas facit, ipsam etiam societatem obligat; sicut & accipiens pecuniam ratione officij, cui praeponitur, etiam preponentem obligare censetur. I. quicunque, §. non tamen, & l. fin. ff. de initio, act.

TITVLVS XXIII.

De his, que vi, metusve causa fiunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Papa iusta de causa, super omni iure humano dispensare potest, & sic ut Diaconus fiat miles S. Ioannis, & pugnando, & occidendo, non sit irregularis.
- 2 Gestia metu, eo cessante, qui sciens illa esse nulla, exercet, ratificare videtur.
- 3 Ordinatus sacris metu, characterem recipit, sed continere non tenetur, & quare.
- 4 Matrimonium contrahere potest, qui religionem ante 16. etatis, vel Novitiatum annum est professus.
- 5 Professio ab initio ob metum nulla, per actus professorum non validatur, nec tractus tempus reconualescit.

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 3.

CVm Papa super omnibus iure humano inductis, iusta de causa dispensare queat, capit, cuncta per mundum 9. q. 3. & cap. proposuit, de concess. preben. ex iusta, etiam cedula dispensare potest, vt ob reverentiam, & metum parentum ordinatus Dia conus, & beneficium adeptus, eo retento, non teneatur Presbyter fieri, sed vt translatus ad Religionem S. Ioannis Ieroftolimitani bella iusta, & tanquam militum ductor proprijs etiam manibus sine irregularitatis incurssione bellare possit, nec ad horas Canonicas dicendas, sed tantum ad orationes, & preces Militum S. Ioannis Ieroftolimitani teneatur; prasertim, cum haec omnia iure humano solum inducta esse constet.

DECISIO II.

Ex cons. 1. & 3. alias 4. & 5.

MEt iusto, & cadente in virum constantem a patre millato, etatis annum decimum sextum agens, aut decimum septimum, sacros Subdiaconatus, & Diaconatus ordines suscipiens, sed nunquam postea id vero animo ratificans, licet longo tempore laceat, & non reclamet, pu-

tans se non posse id iuste facere, quamvis etiam per metum & errorem multoties viuente patre durante eodem metu, & senecte etiam post mortem eius Epistolam, aut Euangelium, citra tamen ordinis approbationem, in Ecclesia solemniter cantauerit; vxorem ducere potest, & iustum petendi, & cum eo dispensandi causam habet. Quamuis enim ordinatio illa quoad characteris impressionem tenet, eo quod, quoad id sufficit consensus etiam metu ex tortus, c. Maiores, §. item queritur, de baptismio, quoad votum tamen continentiae; seu obligationem ad continentium ordinis sacro annexam non valet; sed neque sic per iustum metum ordinatus, ad continentiam tenentur, c. 1. & 2. de his que vi, & gl. ibi, & fauent Angelus ver. ordo, 3. §. vlt. Sot. 4. d. 25. q. 1. art. 2. conclu. 9. & d. 39. q. 1. art. 3. conclu. 11. & li. 7. de iusti, q. 2. ar. 1. cum votum iusto metu factum ipso iure nullum, & irriatum sit, cap. 1. de his, que vi, & glo. in d. c. 2. eod. tit. idemque ait. Nau. in Man. cap. 12. nu. 32. Quamvis etiam actus metu gestus expiesset, & tacite ratificari possit, immo illum metu cessante exercens ratificate videtur, si sciat illum esse nullum, & cu exerceat animo reborandi, & facient illum de inualido validum; non tamen si ignorat esse inualidum, cumque exerceat putas per errorem esse validum; unde qui post mortem patris qui vim intulit actum ordinis exercet, non quidem ratifice actum metu gestum, sed ut satisfaciat ordinis obseruantiae ad quam per errorem obligatum se putat, nullo modo ad continentiam seruandam vi illius ordinis recepti, aut exerciti actus illius tenetur, sed iustum habet causam petendi dispensationem, ex eo quod metu facta, aut ipso iure sunt nulla, aut certe rescindenda sunt. c. Abbas. & ibi gl. de his que vi, & Nau. in Man. p. 21. l. 6. nu. 4.

DECISIO III.

Ex cons. 4. alias 2.

Ordinatus Subdiaconus metu iusto, & cadente in virum constantem, & sine dispensatione villa dicens vxorem, ex qua liberos procreat, quamvis in foro exteriori vtilis ei sit dispensatio, ne detur occasio aliquibus extimenti Matrimonium illud esse nullum, & liberos suscepitos illegitimos esse; cum manifestum omnibus, sit ordinatio insignitus non posse vxorem ducere, & si ducat, non valere Matrimonium, & excommunicationem incurtere Clem. 1. de consanguin. & c. ante triennium, d. 1. in foro tamē conscientie nulla absolutione, aut dispensatione indiget, sed tua conscientia, & coram Deo iuste predicet vxori sua coniugere potest, cum quoad illud forum sit vere eius maritus, ex eo quod ordinatus metu solum ordinis characterem suscipit. c. Maiores, de baptismio, c. vbi ista, d. 74. ad continentium autem non tenetur, cum votu metu factum nullum, & inualidum sit. c. 1. & 2. de his, que vi. In quo casu tam Episcopus sua potestate ordinaria, quam Papa ipsemet, vel alius per eius commissionem, aut dispendare potest, si, & quatenus opus esset, aut declarare Matrimonium illud validum esse, & liberos ex eo suscepitos ver legitimos esse.

DECISIO IX.

Ex cons. 5. alias 9. de his, que vi metus, & 89. de regulari.

Professio metu reverentiali in Religione S. Ioannis Ieroftolimitani, aut alia quacunque Religione ante decimum sextum etatis annum, vel ante finem anni nouitiatus facta, ipso iure nulla est, ex Concil. Tri. less. 25. c. 15. de Reg. neque per gestationem habitus annalem validatur; & talis, vel sua sponte discedens, vel aliqua de causa a religione expulsus, licet vxorem ducere potest, nisi aliud canonicum impedimentum obstet; cum talis professio nullum inducat effectum; adeo quod neque professio facit religiosum in genere, id est, obligatum ad intrandum aliquam religionem, sicut ante Tridentinum obligabat. c. Non solum de Regul. in 6.

